

expensis recepisse a Reverendo patre dno Sigismundo Salezburgensi preposito et archidiacono XXXVI flor.

Item de vendicione equorum in Basilea 50 flor. cum dimidio.

Item 27 mensis aprilis 70 florenos et non plures.

Item XXXVI flor. reyn. in vigilia penthecostes mihi dederunt.
Sum. 192½ flor. reyn.

Exposita.

Primo a Salezburga usque ad Basileam et ibidem in communi hospicio certis diebus stando ante adeptionem proprii hospicii exposui XXXVI flor.

Item famulo Simoni ad patres redeunti quatuor flor.

Item pro vestibus michi et famulo condecensibus, videlicet duobus palliis, et tot capuciis et birretis, et una tunica et una tunica famulo 49 flor.

Item a festo sancti Policarpi usque in festum sancti Marci ordinarie et extra per illos tres menses exposui XXXVIII flor. singulis mensibus XIII flor.

Item in perceptis a vestris paternitatibus perdiidi in pondere monete in quolibet floreno sex d. facit quinque flor. III ss. VI d.

Insuper Reverende pater scitis quod adhuc obligamini michi XXXVI flor. de quibus a V. Patern. recognitionem habeo, quam cum proximo nuncio paternitati vestre transmittam et de pecunia mihi proxime missa predictos XXXVI flor. recipiam, et ad nutum et voluntatem domini mei prepositi Neuburgensis pro libris et aliis necessitatibus exponam, sicut in litera presenti satis vestre paternitati declaravi. Et sic de omnibus reddo V. P. quittatam et liberam usque in hodiernum diem.

Summa expositorum et solutorum centum sexaginta quatuor cum dimidio flor. reyn.

Et ita ex summis perceptorum et expositorum simul calculatis paternitates vestre usque in hodiernum diem remanebunt michi in octo flor. reyn. obligati.

Scriptum XXVII mens. may in pallacio domini
officialis Basilee.

Concept. Papier.